

absumitur, cum omnia corporis membra, vires et  
facultates minuantur, et debilitantur, hanc autem  
animi pestem, vinum abigit, vinum fugat, vinum pro-  
scribit, ita ut quasi lethæis anima ipsa cum corpore  
patata lymphis omnes tristitiæ nubes ventorum flatibus  
committat, et ultra mare crebrius amandet, et e-  
contra corpus lætos uultus induat, grandat, diffundat,  
ostendat, sed et quod ualde mirandum, iracundos, et  
immites homines placidos, mites, lenes, et benignos  
efficit, ita ut omnia pacato uultu, mente benigno,  
fronte placida, facie serena excipiant, et fuscipiant,  
intueri desideratis hominem talem, ecce in promptu est  
Seneca Citicus in familiare alias durus, seuerus, ri-  
gidus, et iracundus, qui epoto uini poculo in placidum  
lenem, et benignum protinus commutatus fuit, sed quid  
ad hoc Philosophorum culmen, doctissimus, et longè  
eruditissimus Seneca? hic uinum eluere curas, et  
ab imo animum mouere manifestè affirmat, et ut in  
morbis plurimis, sic et in tristitia mederi, et  
liberum siue Bacchum nequaquam (ut quibusdam  
placet) ob lingue licentiam appellatum fuisse uini  
inventorem, sed quia animum liberum reddit ser-  
uicio curarum, et superfluarum sollicitudinum,